



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Baldvini Cabilliavi E Soc. Iesv Magdalena**

**Cabilliau, Baudouin**

**Antwerpen, 1625**

Elegia XXIV. Exsurgit Lazarvs tumulo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70461](#)

Si vitam dederit ros vda è fronte sorori;  
 Hanc dare iam fratri lympha negabit opem?  
 Par genus ambo, tenor vitæ par ambo, gemellum  
 Ambo decus, par flos frater & ipsa soror:  
 Et degit sine fratre soror? prō! diuidit vnam  
 Mors animam. an viuet dimidium illa sui?  
 Magdala fraterno iam tota vt viuat Amori,  
 Dimidium reddet fospite fratre Deus.  
 Alter in alterius speculo par viuet imago,  
 Quam sibi depinget alter & alter Amor.

## ELEGIA XXIV.

*Exsurgit LAZARVS tumulo.*

**D**E SINE fraternal lacrymis vrgere fauillas,  
 Et sua non iusto soluere iusta rogo.  
**V**lterius ne tende: suos mors improba ludos  
 Egit, & in pullâ scena peracta togâ est.  
**V**t quid adhuc pluuiio damnas tua lumina nimbo,  
 Obnubisque graui sindone triste caput?  
**E**n Deus ex alto, tragic qui nubila luctus  
 Discutiat. **C**HRISTO mors rea ludus erit.  
**C**ernis, in aspectæ nec opinus vt adstitit vrnæ,  
 Et longum celeri fraude fefellit iter?  
**N**on audis gemitus, suspiriaque & singultus  
 Inter, & heu! rupto murmura truncâ sono?  
**Q**ui tumulum simul ac vidit, tumuloq; repostas  
 Reliquias animæ Magdala incesta tuæ;  
**F**leuit, &, ô, dixit humenti lumine **I**ESVS,  
 Lazare vbi es? mœsto murmure, Lazare vbi es?  
**M**orris vt attonitas ea vox irruptit in aures,  
 Concussitque solum, funreamque domum;  
 Ilicet

Ilicet ista cauo procul exsilit, exsilit antro,  
Feralesque fugit non redditura lares.  
Non tulit illa, Deus quas detonat ore, procellas,  
Quasque vibrant oculi, non tulit illa faces:  
Quippe gradu ut propiore Deum libauit, in isto  
Stans cinere, ab tanto sole fit ipsa cinis.  
Cerne, redux pulchrum funestis faucibus Orci  
Extorquet spolium vindice vita manu:  
Ferratumque necis sceptrum præscindit, & alas:  
Mors proprio in regno cœpit inerma mori.  
Vitalis gelidos passim vapor induit artus;  
Palpitat, & viuo verminat igne latus.  
Ossa calent, venæque micant, feruentque me-  
dullæ,  
Pallidus exsanguis floret in ore color.  
Visa soror cum fratre mori, cum fratre sepulcro  
Surgit: it vnius funere vtrique salus.  
Sicut erat vincitus lanâ, linoque tenaci,  
Lazarus eruptit carcere marmoreo.  
Sic tamen obuinctos soror illicet implicant artus,  
Adnumerans viuis oscula mille genis.  
Dum rapit amplexum, curvatisque illigat vlnis;  
Impedunt auidas improba texta manus.  
Visa queri, dixit, Cur non & vincula soluis,  
Qui potis es ferreæ rum pere iura necis?  
Solute, (hæret intertextâ pes compede vincitus)  
Liber inoffenso dic pede frater eat.  
Soluitur; enodi pes illicet impete pernix  
Exsilit: en patrio frater oberrat agro.  
Aureaque abruptis adnectit stamina filis,  
Et noua iam vitæ fœdera serò legit.  
Lanificum hic vltra linū, & data pensa sororum,

D 3. Ferti.

78 BALD. CABIL. LIB. II. MAGD. POEN.

Fertiliorē trahet altera sœcla colu.  
O quæ tabifico vertebas lumina nimbo,  
Et cui nota graui nocte serena dies;  
Quis tibi nunc animus fratrem inter & inter  
IESVM?  
Quo pritis aduertes officiosa gradum?  
Ad Dominum, an fratrem? trahit hic, trahit ille:  
quid hæres?  
Sed potius Domini grata prehende pedes.  
Siue pedum potius vestigia lambe, vel vmbram;  
Quoque stetit, labio supplice rade solum;  
Vt facis. O quis nam ille dies! quæ gaudia! quantus,  
Quantus iō plausus! frater & alma soror  
Viuit: iō viuit concors iam nomen Amoris  
Frater, & in reduci fratre renata soror.  
Et quos in geminum mors discidit improba  
funus,  
Nuæ viuunt geminis cordibus vnuis Amor.



Li.